

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput I.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

15

Pars I^{ma}
Exercitia piissima ad excitandam ani-
mā ad poenitentia, eamq, purgandam.

Caput I^{imum}

Breves considerationes de vanitate mundi, de
morte, de iudicio extremo, et inferno ex psal-
mis pro conversione peccatoris.

Consideratio I.

Depingitur vanitas huius vita, homi-
numq, praesertim mundanorum.

† Memorare, o Deus, quae mea sit substan- 15. 88
tia: nunquid enim vane constitui omnes
filios hominum.

Quoniam etiam mille anni eorum ante 89
oculos tuos, tanquam dies hesterni, quae
praeteriit

Homo enim vanitati similis factus est: 143
dies eius sicut umbra transeunt.

Veruntamen universa vanitas est, om- 38
nis homo vivens.

Veruntamen in imagine pertransit ho- 38
mo; sed et frustra conturbatur. 38

Thesaurizat bona, et ignorat cui con-
gregabit ea.

Quoniam cum interierit non sumet om-
nia illa: neq, descendet cum eo gloria eius.

Vidi impium superexaltatum: et

† Memorare. Propheta suam aliorumq, hominum fragi-
lem naturā ac miserā conditionē Deo exponit, ut eū flectat ad mi-
sericordiā. Hae memoratio, ait Hugo Card. mitigat iram Dei.

† Vane. intellige vane; In hoc autem praecipue sunt vane
omnes profusos homines, quod eorum anni in hac vita pro nihilo apud Deū
reputentur, ut inquitur versu seq. Et haec est ratio, cur ab
omnibus huius vitae bonis cor avertere debeamus, quia nem-
pe fluxa sunt, et sicut umbra transeunt.

- + elevatum sicut cedros libani.
 - 36. Et vix transivi, et ecce ^{iam} non erat: et quasi vicam, et non est inventus locus ejus.
 - 36. Inimici enim Dni mox ut honorificati fuerint, et exaltati; deficientes, quem admodum fumus deficient.
 - 5. Quoniam non est in ore eorum veritas cor eorum vanum est.
 - 4. Filii hominum usquequo gravi corde eris? ut quid diligenti vanitate, et quaritis mendacium. Ece
 - 79. Dormierunt somnum suum deliciosum, et in fine nihil invenerunt omnes viri divitiarum in maribus suis.
 - 77. Et defecerunt in vanitate dies eorum: et anni eorum cum festinatione transierunt.
 - 48. Et relinquent alienis divitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in aeternum erunt.
 - 72. Velut somnium surgentium Domine evanescit; ita in civitate tua coelesti imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
- Quis ergo ascendet in montem Dni, aut quis stabit in loco sancto eius?

Responsio.

Innocens manibus, et mundo corde: et qui non accepit in vano animam suam. Idcirco Custodi innocentiam et vide: et fac sequitatem, quoniam sunt reliquia multorum bonorum homini pacifico: justo reposita.

+ elevatum. Sicut cedrus super excelsos montes apparet exaltata et impulsu ventorum saepe dilabitur, ita et impius, qui derelicto Deo in divitiis mundi confidit, quamvis floreat, quamvis extollatur, non invenietur, cum ab hoc mundo emigraverit. Hieron. h.

+ veritas. Non habent ait s. Hieronymus Christum veritatem in ore suo, quia nec in corde habent.

+ vanitatem. Sunt terrena ista vana, quia non sunt stabilia, sunt vero mendacium, quia fallunt; promittunt enim satietatem, et tamen affligunt mentem.

+ in civitate scilicet coelesti, non quod ibi sint impij, sed quia ibi esse deberent, inde autem exclusi: imago ipsorum, id est vana gloria eorum ad nihilum redigetur. Beda.

+ montem. Civitas Superna mons sapiens in ff. liberis vocatur, ad quem soli ascendunt, qui sunt innocentes manibus, id est in opere, et mundi corde, ~~nec~~ ^{iam} non qui non accipiunt, i.e. non occupant in vanitate animam suam.

A fructu quidem frumenti et olei sui, 4
 alii multiplicati sunt curis
 Mihi autem adharere Deo Bonum est, et 72
 ponere in Dño Deo spem meam.
 Revertit consolari anima mea in his terrenis: 96
 memor fui Dei, et in eo delectatus sum.
 Averte igitur oculos meos, ne videant vani-
 tatem; in via tua vivifica me Deus!

Consideratio II.

De mortalitate hominis
 Vox poenitentis

+ Cogitari dies antiquos, et annos aeternos in 76
 mente habui

Cor meum conturbatum est in me, et formi- 84
 do mortis cecidit super me.

Ecce enim + mensurabiles posuisti dies meos, 38
 et substantia mea tanquam nihilum ante te.

+ Homo sicut foenum dies ejus, tanquam 102
 flos agri sic efflorescit.

Quis est enim homo, qui vivet, et non 58

+ Cogitari Sic ut exponit S. Hieron: cogitare ab ini-
 tio mundi, quando hominem fecit Deus ab Adam usq; ad tempus
 meum: et ecce omnes mortui sunt, ingressi aeternitatem.

+ Formido. Si bonam conscientiam haberes, non multum morte time-
 res. Si hodie non es paratus, quomodo eris? Crastina dies est incerta.
 Sic ergo teneas te in omni facto et cogitatu, quasi hodie vel sta-
 tim esses mortuus. Imit. l. 2. c. 23.

+ mensurabiles. i. e. breves dies, hodie enim homo est et cras non
 comparet. semper ergo paratus esto, et taliter vive, ut nun-
 quam te imparatum mors inveniat. Ibidem

+ Homo C. Constructio est hebraica, qua latine sic effertur:
 hominis dies sicut foenum sunt evanidi et fugaces, tan-
 quam agri florescit, per brevi tempore vernabit, senesceat,
 metetur a morte, et amplius non erit. Hebr. h.

videbit mortem: aut eruet animam suam de manu inferi, ~~manu inferi~~.

102. Quoniam Spiritus pertransibit in illo, et tunc non subsistet, et non cognoscat amplius locum suum.

145. Exibit e corpore Spiritus ejus, et illud revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

57. Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens: mors in eos intendit arcum suum, donec infirmentur, et deficiant.

81. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus caelestibus cadetis o impii.

33. Mors enim peccatorum pessima: at pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Nam

126. Cum dederit dilectis suis somnum mortis: Ecce erunt hereditas Domini, filii, et merces fructus ventris.

101. Ne igitur revoces me /o Deus/ in dimidio dierum meorum sterilibum.

* i.e. post mortem

6. Quoniam non est in morte, qui memor

+ Cogitationes. Quanta quotidie cogitamus, et dicimus, die cras finit illud faciat. Sed dicitur mihi: Stultus hac nocte rapiatur anima tua, qua autem praeparasti, cuius erunt. S. Hieron. h.

+ tanquam aqua: Omnes morimur, et quasi aqua dilabimur in terram. 2. reg. 14. unda scatus, qui ad moriendum quotidie se disponit, ad talis nunc nititur esse in vita, qualis optat inveniri in morte. imit. l. 2. c. 23.

+ Fructus ventris. Ipse Dominus est fructus ventris Virginis, cuius assumpta humanitas hanc accepit mercedem, ut vocati in filios sint hereditas ejus. S. Hieron.

+ Ne revoces. Petit hic anima poenitens dilationem mortis, eo quod sit inops meritis: sed saepe longior vita culpas potius auget, quam emendat.

Sit tui fructuose: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Gemitto mihi delicta, ut refrigerer, ~~et recreer~~, 38
priusquam abeam, et amplius non ero.

Consideratio III

De extremo iudicio et adventu Christi
in ~~omni~~ illud

Deus deorum Dominus locutus est, et 49
vocavit terram ad iudicium

+ A solis ortu usque ad occasum: tum ex
Sion Superna Species deorum eius prodiabit.

Deus enim manifeste veniet eum majestate,
Deus noster, et non silebit peccata.

Ignis in conspectu eius exardescet; et erit
in circuitu eius tempestas et commotio valida
elementorum.

Ignis ante ipsum procedet exurens terram, 96
et inflammabit in circuitu inimicos
ejus.

+ Fluxerunt fulgura eius orbi terra: vidit
^{haec} et commota est terra.

+ Annuntiaverunt coeli justitiam eius: et
viderunt omnes populi gloriam eius.

+ refrigerer. i. e. recreer; mens enim à peccatis libera est
mens secura; mens vero secura est quasi iuge convivium. prov. 15.
Habe bonam conscientiam, et latebis semper latitiam.

+ A solis ortu. pertinent haec verba ad praesentia, et sensus
est, ab omnibus mundi extremis vocandos esse homines ad iudi-
cium. mittet enim angelos suos in tuba et voce magna, et con-
gregabunt electos eius à quatuor ventis. Matt. 24.

+ Fluxerunt. Omnia verba, quae hic ponuntur in praeterito, fu-
mi debent in futuro; nam quae sunt futura nobis, sunt praesentia
prophetis, inde est, quod futura per verba praeterita enuntiare soleant.

+ Annuntiaverunt coeli; quia erunt signa in sole, et luna, et
stellis. Luc. 21. vel per coelos sume angelos, mittet enim angelos suos
cum tuba. C.

- 95 I Judicabit orbem terra in aequitate, et populos in veritate sua. Tunc
- 96 + Confundantur omnes, qui adorant sculp-
tilia: et qui gloriantur in simulacris suis.
1. Ideo non resurgent impij in iudicio ad glo-
riam: neq; peccatores in concilio justoru stabant.
2. Tunc loquetur ad eos in ira sua: Discedite a me,
et in furore suo conturbabit eos poenis aeternis.
125. Qui vero seminant in lacrymis opera bona:
in exultatione metent fructum vite.
- Cunctes enim ibant, et flebant Sancti, mit-
tentes haec semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione in
die iudicii, portantes manipulos suos meritorum.

126. Beatus vir, qui implevit desiderium suu
ex ipsis, non confundetur, cum loquetur inimi-
cis suis in porta hujus vite.

Vox poenitentis

- 41 Abyssus miseria abyssum invocat misericor-
dia, in voce cataractarum tuarum.
- 50 Misere mei Deus, secundum magnam
misericordiam tuam.

Non avertas faciem tuam a me, in iudi-
cio; alioqui similis ero descendentibus in
lacum inferni.

+ Confundantur, id est confundentur, qui adoraverint sculp-
tilia, hoc est, vitia sectati fuerint; omne enim vitium, quod homi-
nu corda occupavit, ex s. scriptura usu sculptile seu idolum
vocatur. vid. s. Hieron. in ps. 8.

+ Cum loquetur. Non est sic sumendum, quasi in Dei iudicio prohibet
altercationibus cum inimicis nostris simus acturi causa nostra
sed more hominu hoc intelligi debet ad significanda exactionem
inimicoru, qui nostra damnatione requirant. Titelm. in h. ps.

+ Cataractarum. Cataracta coeli, quae faciunt abyssum aqua-
rum, sunt iudicia Dei, quae sunt abyssus multa.

21
Viam veritatis nunc elegi, quia iudicia tua
non sum oblitus. verum

Confige jugiter timore tuo carnes meas:
a iudiciis enim tuis timui.

Consideratio III.

De inferno et poenis damnatorum.

Convertantur peccatores in infernum: om-
nes gentes, quae obliviscuntur Deum. Sane

Sagittae potentis Dei acutae eos manent, cum
carbonibus desolatoriis. 119

Cadent super eos carbones: in his mi-
seriis non subsistent. 139

Diligite ergo Dominum omnes Sancti
cultores eius; quoniam veritatem requirit
Dominus, et retribuet poenas abundanter
facientibus superbiam. 30

Pluet super peccatores laqueos mortis
aeternae: ignis, et sulphur et spiritus pro-
cellarum pars calicis eorum. 10

Pones eos ut clibanum ignis in tempore
vultus tui irati: Dominus enim in ira sua
conturbabit eos, et devorabit eos ignis. 20

Sicut ignis, qui comburit sylvam, et sicut
flamma comburens montes, ita persequeris il-
los in tempestate tua, et in ira tua turba-
bis eos. 82

+ ignis et sulphur & Per haec nomina denotatur magnitudo
et vis tormentorum, quae erunt pars calicis, id est portio dam-
natorum. vid. Basil. Chrysost. h.

+ conturbabit eos. Conturbati vindictam Domini post ac-
cusationem conscientiae debentur igni aeterno devorandi. August.

48. Sicut in macello oves, sic in inferno positi
sunt, ubi mors depascet eos perpetua.

~~Et promissum est in eorum in inferno
no et auxilium eorum ne perdat in inferno~~

Vae poenitentis

6 Convertere Domine ad me, et eripe animam
meam: saluum me fac propter misericordiam
tuam.

6 Ne quando rapiat diabolus ut leo animam
meam: dum non est, qui redimat, neque qui saluum
faciat propter te.

21 Salua me ex ore huius Leonis: et a cornibus
† unicornium humilitatem meam tuere.

73 Ne tradas his bestiis animas confitentes ti-
bi: et animas pauperum tuorum ne oblivisca-
ris in finem.

Caput 2. dum.

Suspiria peccatoris ad conversionem
se disponentis.

31 Beati, quorum remissa sunt iniquitates,
et quorum defecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus
peccatum, nec est in spiritu eius dolus. Igitur

90 Cor ^{mundum} ~~meum~~ crea in me Deus, et spiritum
rectum innova in visceribus meis.

Viam iniquitatis amove à me, et de le-

+ unicornium. Unicornis ferit, et impetit cornu suo,
sic diabolus ferit, et impetit peccatores in inferno. Hu-
go card. Sensus autem est: à poenis demonum tuere et libera
humilitatem meam, id est, me humilem miserum et pauperem.
+ dolus. Cor dolosum, simulatum, et plenum hypocrisis abominatur
Dñs, et placet ei cor, rectum et mundum ab omni nequitia,